est & omnis gerusolima cum illo. nec modice turbatur. sed uelud
parturiens dolore correptus. Misit ergo magos in bethleem
iuxta oraculum prophetarum ut adorantes xpm. sibi renuncia
rent. Sed eos angelus domini in somnis premonuit ut per aliam uiam re
dirent. Regressis ergo illis per tarsum id est ciliciam ubi se herodes delusum com
perit. missis classis latoribus omnes nautas tarsi id est cilicie perimit. & hoc est quod
ait. Spiritu uehementi conteres naues tarsis. id est in nimia ira & in ma
nitate furoris interficies nautas maris. Tarsis quippe mare inter
pretatur. hoc secundum cassiodorum. At superior expositio breuior. & lon
ge expositio auctoritatis diuine congruencior. Sicut audiuimus. id est in lege
& prophetis pronunciatum. Sic uidimus. id est in euangelio impletum. Sicut
in alio psalmo iam expositum est eo uersu quod dicitur. audi filia & uide.
Audi scilicet & predicta. uide iam consummata & impleta. In ciuitate
id est in ecclesia. Domini uirtutum. id est cuius dominus qui omnium est conditor
spirituum. In ciuitate dei nostri. id est in ecclesia dei. Deus fundauit eam
in eternum. Hoc est quod premiserat secunda sabbati. Suscepimus deus misericor
diam tuam in medio templi tui. Uox haec non omnium cre[illegible]
sed perfectiorum quorumque apostolorum scilicet & similium qui primum & me
dium locum in ecclesia tenent. hi ergo in medio templi domini ei suscipi
unt hanc misericordiam quia in eis specialiter impletur. Secundum nomen
tuum. id est pro magnitudine & inmensitate magestatis tue. Sic & laus tua
in fines terre. id est per uniuersum orbem. Iusticia plena est dextera tua. Sci
mus in die iudicii electos omnes ad dexteram collocandos. Que dex
tera plena dicitur iusticia quia in ea omnium electorum plenitudo sta
tuetur. Iusti uidelicet qui participacione uere iusticie non solum
iusti. sed etiam iusticia uocantur. In eo autem quod ait plena est dextera